riam, vt gloria meritorum ejus
~~ejus~~ amplius claresceret, quia, sicut
ipse dixit, non potest civitas abscondi
in monte posita, maximum
miraculum et maxime sancti-
tatis indicium in corpore beate
Elyzabeth ad sui gloriam et ad nostram
edificacionem ostendere voluit. Nam
paucis diebus elapsis post ejus
translacionem, cum quidam
ex fratribus arcam plumbeam
aperirent et sacrum corpus at-
tenderent, oleum purissimum
de ipso corpore sacro stillare
perspexerunt. De qua visione
plurimum ammirantes et exul-
tantes liquor~~em~~ divinitus con-
cessum panno extraxerunt et
vasculo imposuerunt pro bene-
dictione illum reservantes fide-
libus distribuendum. Nam debi-
les et infirmi ex eodem oleo
peruncti sepe sanantur. Conside-
rate, fratres, quantum privile-
gium sancte huic sit concessum.
Cum in veteri testamento innu-
merabiles justi fuerint et electi
patriarche et prophete et alii
quam plures quos sacra scriptura
commendat, de nullius tamen
corpore legimus post mortem
ipsius oleum emanasse. Nec
ipsi quidem Johanni Baptiste 16
quo inter natos mulierum
nemo major ~~crevit~~ surrexit, hec i
gracia concessa est. In novo
autem testamento de tribus tantum

pm

+ tm.